

usque ad diem donec cum bullata veniret. Et ser Benedictus de Molino respondit quod quasi omnes mercationes caricate fuerunt ultimo die recessus, et plures de nocte propter duritiam Herminorum. Unde si Dominationi placet, credit quod bene erit sibi gratiam facere. Et Catavere dicunt quod datus fuerat pro caduto per capita... Et quod non habent aliud facere nisi dicere quod solvat, et quod Dominatio faciat sicut placet.

305.

1330, *Agosto 8.*

Perdono a Marino Capello, per 29 colli di merci.

Quod similis gratia fiat nobili viro Marino Capello, quod absolvatur a pena librarum XIII¹/₂ grossorum quas sibi petunt Catavere pro collis XXVIII mercimoniorum caricatis in sua galea sine licentia Capitanei ad rationem sold. X. grossorum pro collo, ignorans ordinem. Et Ser Benedictus De Molino, respondit supra ut et Catavere, etc.

306.

1331, *Gennaio 29.*

Perdono a P. Bragadin per la sua rinunzia dal bailato.

Quod fiat gratia Ser Petro Bragadino quod absolvatur ab officio Baiulatus Hermenie, ita quod receptis litteris ducalibus, inde cum sibi placuerit recedere possit.

307.

1331, *Agosto 21.*

Perdono a G. Venier per le merci portate dall'Armenia.

Quod fiat gratia nobili viro Ser Johanni Venerio Capitaneo